

videris, quæ pro illis Dei Filius operatus est? De la Font prophetione pro 12. post pentecost. Dominica.

Quod parum charitatis hodie in Fidelibus invenitur.

Si Christianæ Religionis Spiritus in charitate consistit, fateamur necesse est, in ipso Ecclesie sine via tunc spiritum inveniri; & ratio charitatem, quæ sit universalis, deprehendi. Unquam ne tot odia, similitates, invidia, zelotypia, dissidia, immortales inimicitie, inter proximos tanta exitit indifferentia, parva adeo inter concives, vel Societatis alicuius membra concordia viguit? Quis affirmare hujus ævi Fideles successores esse fidelium primorum temporum, quibus, teste S. Luca, cor unum erat, & anima una, quorum charitas, Tertulliano auctore, adeo insignis erat, atque flagrans, ut ipsi quoque Ethnicæ Christianos ab aliis ex hac nota disjicerent, sibi mutuo dicentes: Videte quomodo se diligant! Videte quomodo mutuo certent officii, sibi invicem opulentur, & perfectæ charitatis munere perfungantur. At non ne potius dicendum est, fideles non spectare sese amplius tamquam fratres, ac nos jam ad novissima illa, & calamitosa tempora, a mundi Salvatore prænantia devensisse, ubi homines sese mutuo deſebant odisse, juxta bella, dissidia, & affiduos exercere inimicitias primigenio Christianæ Religionis spiritu penitus extincto? Idem.

Vera charitas, ex S. Paulo puta, ac integerrima esse debet, in amore, quo Proximum complectitur, nihil esse debet, quod ad suam utilitatem referatur. Non querit quæ sua sunt. 1. Ad Cor. 13. Talis non est, qualem postulat Deus, nisi omni propriæ utilitatis suspitione careat, vel si eo bono, quod cupit, vel pro viribus Proximo suo procurat, aliam petat mercedem, quam gratificandi voluptatem. Cum tu te amas, inquit S. Augustinus, te ne propter alterius amorem amas? nonne te propter te amas? Ita Proximus tibi amandus est; neque enim eum diligere decet, quod ille tibi utilis est, & quod inde bonum aliquid speras te percipiturum. Si illum diligis, quod bonis diligit, ad te unum eam reſe dilectionem, quam Proximo tuo tenetur. Secundum hanc regulam, ne dissimulemus, quod satis constat, quid quæſo sunt omnes mundi amicitie, nisi vel utilitatis, vel politiciæ commercia, nisi sordida beneficiorum mercatura, quæ præstantur spe referendi paria, vel longe etiam majora? Cor in hujus commercii partem non venit. Anor qui omnia vel ad propriam utilitatem, vel ad suam voluptatem refert, illam ne caracterem habet, minimamque notam singularis, integerrimamque illius charitatis, quam inter homines instituitur Dei Filius in terras descendit? Ipse amor, quo plerique proximum suum complectuntur, innixus est carni, & sanguini, nihilque habet illius charitatis, quam nobis imperat Deus. Idem.

Deus Proximo cedit partem juris illius quod habetis nos.

Quamvis fecerit uni ex his fratribus meis minimis, mihi fecerit. Matth. 25. Quomodo JESUS CHRISTUS in proximum nostrum ea transulit jura quibus amorem, operamque nostram exigere potest, S. Ioannes ex eo amore, quo nos diligit, inserit obligationem, qua Proximum nostrum amare tenemur, tamquam illum, cui a Deo jus suum cessum fuit. Ubi creditor alteri cuiquam credit pecuniam, quæ sibi debetur a te, efficit, ut æs alienum cum ipso constat a te, efficit, ut nearis, cui hanc cessionem fecit, tamquam sibi metipſi. Quorum autem? quia cessionarius ille primi creditori personam refert, illius obinet jura, & in ejus locum subrogatur. Nostri infinita jura que in nos habet Dei Filius; te illi debere quidquid habes, & quidquid es. eo quod te perimit. Verum cum minime possit effectus nostræ gratitudinis excipere, illos tranſulit in fratres nostros, voluitque, ut his dissolveremus, quæ sibi a nobis debentur. Idem.

Charitas minime prohibet, quin coram Judice nostro tueamur, & pro Republica in legitimum adversetur; charitas enim iustitiosos amantes, & fieri potest, ut exteriores effectus cum interim verus amor dominetur in corde. Perſecto hoc odio oderam illos; & hoc illud est, quod nobis præcipit JESUS CHRISTUS. Nisi proximum amas, S. Augustinus ait, animam

tuam odisti; & si peccatorem odisses, in te odium tuum relaberetur. P. Dozanne in lib. de Morali J. C.

Charitatis hujus primitia nitent in Actis Apostolorum, quæ Historia est institutionis Fidei nostræ. Quomodo enim Historicus inquit, Christiani adeo concorditer erant, ut cor unum, animamque unam habere viderentur. Bonorum proprietates, quæ passim mentes sequebantur, concordia huic non erat obstaculum; quippe illorum bona erant communia. Redditi, possessiones, contractus, & omnes divitiæ, quas quisque singillatim possidebat, certatim ad pedes Apostolorum conferebantur. Hæc a rebus omnibus alienatio magis magisque eorum consensus confirmabat: illis unus erat Spiritus, quia unum omnibus erat negotium. P. Rapin in libro, cui titulus, Spiritus Christianismi.

Ethnici de Fidelibus loquentes, dicebant, officiosi sunt, benefici, misericordes ergo Christiani sunt; quia eorum fides, morum disciplina, evangelium est diligere Proximum suum, atque omnibus benefacere. Nova hæc Religio vera credebatur, quia docebat Proximi amorem, atque Ethnici in Religionis Christianæ castra tranſibant, videntes eam confessionem, quæ inter omnes Fideles vigeat. Eorum lenitas, probitas, assiduitas, modestia, gratificandi studium, melius, quam miracula, eam persuadebant doctrinam, quæ adeo beneficam virtutem proferebat; & fides maxime profecit per eam opinionem, quæ apud populos percrebuit de sanctitate illius, qui adeo puræ legis auctor fuerat, iuxta illud, quod Salvo de fidelibus loquens a Patre suo petiit: ut, æbeat illi, in nobis illi conjuncti sint, & mortales hanc mirati confessionem, putent, me a te, o Pater, missum fuisse. Idem.

Hic autem unionis, & charitatis spiritus enitit præcipue in quadam terribili peste; quæ atrocissime bellum subiecuta fuit, quod parum absuit quominus Alexandria civitas sub Imperatore Gallieno funditus everteretur, & cujus meminit in Historia sua Eusebius Cæsariensis. Videbantur fideles, Eusebius ait, morientibus adsistere, & morti sese forti animo obicientes illos hortari, ut præclarum vitæ suæ, & voluntatis sacrificium offerrent Deo, cumque extrema collegissent cum voluptate morientium suspiria, eorum abluabant corpora, osculabantur, quærebant; cum interim apud Ethnicos accola accolis suspectus feret, & amicus de amico discederet, & sanguine a consanguineo in ultimo spiritu desereretur; pater filium relinqueret; & matres amantissimè filiorum suorum corpora de fenestris projicerent. Christiani, qui in adeo ferventis charitatis officium mortem oppetere, tantam apud populos venerationem promeriti sunt, ut Alexandria Ecclesia illos in Martyrum albo describeret. Idem.

Charitas sincera est. Amemus, inquit S. Joannes, sed amorem nostrum factis, non verbis profitemur. Humana dilectionis character consistit tantum in urbanitatis officio, inanibus servitutiis obligationibus, amoris protestationibus, factis necessitudinibus, coacto complacendi studio; fucatis verborum lenociniis, fallacibus promissionibus, caterisque id genus simulationibus, quæ vulgarissimam humanæ vitæ consuetudinem constituunt. Sed Christiana charitas suum omnem, & simulationem abominatur; ea dicit, quæ cogitat; ea cogitat, quæ sentit; ea sentit, quæ perſe cupit. Verba illius actionibus non opponuntur, actiones sunt temper menti conformes; quippe sincera est, nec alia habet mentis suæ explicandæ rationes, quam opera. Charitas de corde pura... & fide non ficta 1. ad Tim. c. 1. Idem P. Rapin.

Vera charitas Deum unum respicit, & uni illi placere studet. Itaque nunquam agit ob humiles terrenasque causas, propter quas homines egere consueverunt... Cum beneficium in id unum est intenta, ut sese teget, ne agnoscat. Si elemosinam erogat, illam abscondit in sinu pauperum, ut ait Scriptura; velum obducit beneficis suis, ne ab aliis intelligantur, ac si fieri possit, libenter ea, quæ confer beneficia, ne ipsa quidem vellet cognoscere, sed sentio involvere cuperet, ne sua oñcerent modestie. Voluptas, quæ beneficiando perfunditur, mercedis amplissima locum habet; & hanc omnibus mortalium inimicis conferendam. Cum propter Deum agat, illum testem unicum actionum suarum petat. Ille unica est bonorum operum causa, & satis amplam mercedem

Primorum Fidelium charitas.

Amor ergo proximum quem faceris esse debet.

Charitas æqua esse debet.

se putat consecutum, eo quod omnia sunt oculis ejusdem aperta. Idem.

Spiritus æquitatis præcipue esse debet Christianæ charitatis character, & præ omnibus virtutibus nulla illi antiquior est, quam justitia, quæ prædest, ut æquam fervet inter se, & Proximum trutinam. Vulgatum illius munus est, tuæri, opem ferre, infervere fratri suis; id vero tanta affectione, tantoque zelo præstat, ut nemo quodam in sensu tam te ipsum diligit, quam verus Fidelis amat Proximum suum. Illi enim magis cordi est res Proximi sui, quam sua; & minus propria transformatur, & ipsam ut ita dicam, illorum mentem nonnumquam assumit. Hic ille est universalis homo, qui ut S. Paulus, est omnibus omnia. Hic morientium solatium est, debillum salernum, egenorum subsidium, profugorum asylum, laborantium consilium; denique nulla est unquam infirmitas, cujus non misereatur; nulla calamitas, qua minime afficiatur. Idem.

Nulla in Religione Christiana virtus est, cujus usus magis sit universalis, quam charitas: ubique illius exercendæ occurrit occasio, ubique enim calamitosis homines inveniuntur; & malum excessus, quibus homo est obnoxius, tantus est, & tam late patet, ut ad omnes conditiones sese extendat. Ita charitas erga divites, & pauperes, erga felices, & infelices, erga gnaros, & ignaros, superbos, & humiles, viventes, & mortuos exerceri potest. Hac publice, hac privatim, domi, foris, in foro, & in solitudine locum invenire potest; & ex omnibus conditionibus illa præ cæteris Christiana vero est jucundissima, ubi charitatis exercendæ passim invenitur occasio; quemadmodum ex omnibus talentis illud est antereferendum, quod Proximo esse potest utilissimum. Idem.

Charitas nunquam cum imprudentia conjuncta esse debet; imprudentia quippe ordinem subvertit, quod charitas esse exercenda. Per imprudentiam ea omnia accidit impune, quæ hanc virtutem exercent. Hinc sæpius contingit, ut post publicas obredationes eo modo existimatione reparari quaratur, qui obredationibus ipsis magis est metuendus, & qui vulnus exasperat potius, quam cicatricem inducat. Hinc alius opem ferre cupimus, cum nobis integrum non est, ut dives ille nequam, qui mortuus caram gerere videtur salutis iratum suorum, eosque flagitiorum suorum montos cuperet, qui dum vivet, charitatem ne de nomine quidem cognoverat. Hinc elemosinæ erogantur, at æ alienum non dissolvitur; illis, qui detinentur in carceris squalore, subsidium fertur, & domesticis deservunt; morituris postremis tabulis plurima pie, sancteque legantur, & familiae pax, atque consensus avertitur; illi, qui vere pauper est, ea denegatur, per quæ ex paupertate potest emergere, cum interim large, effulſque in ætatis nescio cupis suum congerunt opes, ad illius inertiam alendam, atque fovendam &c. Idem P. Rapin.

Sedulo evitandus est spiritus imperii, atque dominationis, qui passim in charitatis exercitacionem irrepit. Haud ægre in omnium bonorum operum partem accedit, dummodo tamen penes te eorum sit cura, & directio; nulla opera charitatis sunt, quorum non sis particeps propter eam suavitatem, quæ cum quadam auctoritate conjuncta in rebus regendis percipitur, & propter voluptatem parvuli hujus imperii exercendi, quod quidem exeres, in Proximi ægestatibus cognoscendis, atque stipe illis eroganda. Vulgo inter eos cœtibus proxi virorum, occasione præclaræ auctupaturus te prædendi; ac ubi nova quadam rei instituantur, rei familiaris non parvis, ut ibi regnes. Hoc eodem spiritu actus audenter negotium omne capessis; sollicitus te tamquam necessarium haberi cupis; turbas amas, ut in conciliandis hominibus, atque in suscipiendis arbitrariis quaribus temperantia; charitatem ostentas, te quibuscumque rebus immisceas; mentem versatilem geris, atque consillis uberem, ut omnibus consulas, & liberaliter fane, quid omnibus, quid singularis faciendum sit, sententiam tuam promere gaudes. Hic est character charitatis, quæ hoc tempore vigeat; illa dominari querit, & omnia moderari. Hic idem spiritus efficit, ut zelo flagres pro iis

Handy Bibl. Tom. 1.

tantum bonis operibus, quorum es auctor; & ea solum probas, quæ bene a te sunt; & sæpe inveniantur homines, qui pati nequeunt protegi virtutem, nisi ab ipsis lumen, ratio, methodologie petatur. Cætera, quantumvis bona, improbantur; & quia eorum pars aliqua non sumus, illa nullo in discrimine habemus. Idem.

Maximus charitatis obex est Spiritus mundi ex diametro spiritui JESU CHRISTI oppositus, hæc prudentia carnis, hæc mundana sapientia, quæ tot nefaria tradit consilia, dolo, ac insidiis Proximi existimationem labefactandi, apud eos, a quibus in honore habetur, in contemptum vocandi, sanctissima jura infringendi, omniaque sulque deque micendi, dummodo propositus finis obineatur. Eodem hoc spiritu nobiles adolescentuli edocentur, ultionem nobilium virorum virtutem esse; nihil esse ignavum, quam injurias acceptas oblivisci. Odiâ, invidia, inimicitia, libidinis, ambitus, magna negotia, quæ vulgo effectus sunt spiritus ejusdem, a deo regnant in mundo, ut nulla ibi esse queat charitatis scintilla. Qui enim, inquit Apostolus, mundi hujus amicus esse voluerit, inimicos Dei constituitur. Idem P. Rapin.

Luta, atque certissima ad hanc virtutem assequendam via est pauidum operibus illius exercendis assuescere: detentum enim in carceribus invidentes, assiduum consolantes, egenis opem ferentes, ignarus erudientes, quæ quidem quotidie & facere possumus, & debemus, ex quo Christiani sumus, sensum charitatis habium induamus, & ecclestiæ sapientiam acquiramus, quæ pars est humilitatis, & quæ sine studio, & discursu effundit in cor interiore unctioem spiritus Dei, quod docemur, quomodo Proximus sit diligendus. Idem.

Si Christianæ Religionis spiritus non alius est, quam spiritus charitatis, quod ex huc usque dictis satis innotescit; videamus, utrum charitatis spiritum habeamus, ut inde iudicium seremus, utrum simus vere Christiani: etenim lex charitatis, lex est novi Testamenti per Sancti Spiritus impressionem in cordibus nostris insculpta. Itaque mirum esset, si fideles in schola charitatis eruditi, istem præceptis imbuit, eodem redempti sanguine, eodem pane nutriti, quibus una fides est, una spes, & qui aliquando eadem simul gloria sunt perituri, eundem spiritum non haberent, & sese mutuo non amarent. Verum cum hæc ita se habeant, quid inde? Num charitas vicissim vigeat utilitas, ambitio, flagitium in omnes sæculi mores late diffusum, nonne quocumque dissolutionis, atque discordiæ spiritum effundit? Quomodo autem iudicium ferendum est de Christianis novissimorum horum temporum, ubi similitates, invidia, lies, jurgia, injustitiæ, ultiones late grassantur? Unquam ne tot in familiis discordiæ, tot in conjugis feceliones, tantus inter consanguineos tempor, atque indifferentia extiterunt? Nullam habemus charitatem erga illos, quos novimus, quam autem habebimus erga illos, quos quoniam? Qui nobis sanguine conjuncti sunt, hos non diligimus, quomodo autem, qui nullo nobis vinculo adherent, diligemus? In domesticis graves, ac gravi sumus, quomodo suaves, ac mites erimus in alienos? Nantiquid Christiani sumus, mores adeo languidos habentes? Hæc novissima illa tempora, quibus homines mutuo sese odisse debent, quibus fidelium charitas debet exingui, illa inquam tempora, quæ JESU CHRISTUS ventura portendit, numquid jam accessere? Idem.

Si Concionatores hanc Christianis hominibus charitatis legem persuadere possent, civitates omnes instaurarentur, omnia exulteret vitia, virtutes omnes reslorescerent. Proh Deus! quam illi perfunderentur læticia, si adeo felici eventu suam missionem experient! Nulla esset amplius avaritia, nulla erga pauperum ægestates duritia, nulla vexatio, nullum scandalum; invidia, odium, ultio nulla; Civitates hoc pacto instaurate, ac reformate essent Jerosolyma coelestis imago, in qua pax, & consensus maxime vigent, quod perfecta inter cives beatissimos charitas invenitur. Pater Texter Sermone pro servia Quadragesima Dominica.

Dilectis Discipulis docuit, si vel unicum nobis infit bonum, quod pro dilectione Proximi nolumus impendere, amorem nostrum veram nequaquam esse charitatem. Quid, quæ, ex omnibus terre-

Charitatis obex.

Quomodo charitas inter Fideles inveniatur.

BIBLIOTECA CENTRAL U.A.N.L.

nis rebus nobis debet esse antiquus? Vita profecto. Non possumus ergo majorem Proximo nostro charitatem testari, quam pro illo vitam nostram in periculum adducemus, ut idem Discipulus ait: *Majorem hac charitatem nemo habet, ut animam suam ponat qui pro amicis suis.* Joan. 15. In hoc autem, idem Apostolus in 1. cap. 1. 3. subdit, *congnoscimus charitatem Dei, quoniam ille animam suam pro nobis posuit.* Quæ cum ita sint, idem ibidem ait, *Salvatoris vestigia secuti Et nos debemus pro fratribus animas ponere.* Apertissime loqui poterat? P. Bourdaloue in *Sermonibus, qui ejusdem nomine circumferuntur.*

Quædam occasiones occurrunt, in quibus vitam pro salute Proximi tenemur obicere, quemadmodum inquit S. Cyprianus in Tractatu, quem de lue conscripsit, quæ zvo illius omnes homines in Charaginensis urbe late depopulabatur. Quidnam efficit hoc malum? *Pessis illa explorat animas, & voluntates singularum.* Ostendit, quid fratres fratrius debeant, quid filiiis parentes, quid parentibus liberi, & ut verbo me expediam, quid sibi ultro citroque homines debeant; hoc est subsidia, & multa charitatis officia. Et quoniam fratres in periculo versantur, quoniam ubi in extremis laborant, illis opem ferre decet, licet non sine periculo nostro illis opulari valeamus, periculum tamen subire tenemur. Idem.

Licet ne jus meum in foro persequi? hincne amor Proximi jubet, me sibi, dum hæc sese obtulerit occasio, omnes res meas sacrificare? Disce, auditores, quid debeatis. Hæc ex his questionibus est, quæ maximi momenti habentur. Uelique, licet vobis, ubi iustitia cum charitate consenserit. Cum enim charitas læditur, lis est injusta, quia vobis temporale bonum procurans, efficit, ut summum, æternæque bonum amittatis. Hoc autem sexcentis accidit in circumstantiis, ubi simul & jus suum, & charitas servari non potest; veluti, cum non aliud nobis propositum in litibus consilium est, quam adversarium sumptibus ad paupertatem redigere, quod passim ulvenit; tunc enim, etiamsi penes nos est iustitia, jus omne non inustum dimittat evadit, verum etiam barbaram, & crudele. Hæc zva virtutes iterum simul esse non possunt, si ubi ingenii nostri periculum fecerimus, scimus nos litem persequi minime posse, quin iracundia, contemptus, odium, obprobriationes, calumniæ sese immiscant; tunc enim charitas nobis magis pretiosa esse debet, quam omnes simul hujus mundi divitiæ. Itaque omnes improbare lites, ignari est; non secus ac omnes probare, prævaricatoris; hoc tamen constat litium usum charitati semper esse perniciosissimum; eo quod cum gravissimo periculo conjunctum. Idem.

Spiritus Sanctus perfectam animorum, affectionumque consensionem in Fidelibus instituitur, primum voluit illis omnem temporalium bonorum amorem eripere, atque omnem quæritum cupiditatem auferre. Hæc integritas ab omni avaritiæ sensu remota fuit tanquam primitivæ charitatis illius, cuius spiritus deinceps viguit in Ecclesia. Legimus enim, postquam fidem receperunt, & per Baptismum fuerunt regenerati, ita secundum Spiritum fuisse renovatos, ut non fidem amplius essent, qui prius; Etenim adeo unanimes erant, ut seiplos tanquam fratres existimarent, & reipia ita seiplos vocarent, vere tanquam fratres vitam ducentes, & nihil proprium habentes. Illorum Domus, agri, hæreditates, redditus, omnesque facultates communes erant, ut quibus unus erat spiritus religionis, una etiam esset vivendi ratio, ut ait S. Augustinus, & omnia illorum essent communia, quibus una erat fides, & quibus JESUS CHRISTUS erat omnia. Ulro citroque sibi opem ferebant, eo quod amicitia, quam in JESU CHRISTO amore fundatur, fortior est, quam sanguinis vinculum, & æctius corda mentelque conjungit. *Essais Sermones pro feria quarta post quartam Quadragesimæ Dominicæ.*

Exhibe quadam veluti in tabula depictam Proximi tui Effigiem ita deformatam, ut nihil lædidi fingi queat; ad mentem illius delineandam terrerrimos adhibe colores; dic si lubet, animam illius ignatam esse, peridam, ambitiosam, avaram, illum violentum esse, impudicam, nullam ipsi inesse fidem, nullam honorem, nullam Religionem. Licet talis ille sit, eum tamen Deus patitur, illi benefacit, eum diligit, ac abs te jubet amari. At enim me persequatur, me odit, mihi

necem molitur. Eum nihilominus diligit Deus; & quidquid amat Deus, meretur amari; eo autem magis, quod ille cum Deo æque, ac tecum agit; illum lædit, dedecorat, prodit, & nihilominus amatur a Deo. Quodnam autem cor nostrum esset, quis sensus noster, si amore nostro indignum eum confereremus, qui a Deo amabilis existimatur? P. de la Colombier Tomo 4. *Sermones de charitate christiana.*

Ratio christiane charitatis, quam proximo debemus, est universalis, hoc est sese super omnes homines extendit, quemadmodum fidei ratio æque ad omnes fidei sese extendit articulos; ut & quomodo ut fidei factura fiat, satis est de uno tantum Religionis articulo dubitare, ita ad charitatis facturam subeundam satis est, quædam te habere aliorum amandorum causam, quæ in uno hoc non invenitur. Hæc autem causa naturalis est, si enim supernaturalis esset, ac divina, sese ad illum etiam, quem minime diligis, extenderet; ideoque cum propter Deum minime diligas, hæc profecto charitas christiana non erit. Idem.

Primis Ecclesiæ temporibus, licet fideles præclara ederent omnium virtutum exempla, illorum tamen præcipue charitas elucebat. Profecto narrat Tertullianus, Ethnicos hæc præ cæteris in Christianis hominibus observasse, & admiratos fuisse: *Videte, aiebant illi, Videte, ut se invicem diligant, & alter pro altero mori sint parati.* Videte quæsto, ut homines ipse sese mutua dilectione prosequantur, quomodo prælo sint, ut alter pro altero operam suam collocent, ac si forte alter alteri injuriam intulerit, mutuo sibi veniam largiantur. *Videte, ut se invicem diligant!* Nonne admiramini suavissimam hanc facultatem, qua suo juri cedunt, ac nequaquam eos persequuntur honores, quos mere exigere possent? Nonne diceretur hæc una esse familia, illis unum esse cor, anima una? Quam sancta ea Religio esse debet, quæ adeo perfecte animos conjungit omnis ætatis, qualitatis, professionis! ... At ne miserari! Nonne de avi nostri fidelibus in sensu penitus opposito ironice dici posset. *Videte, ut se invicem diligant!* Videte, quæ charitas inter fideles viget, & quomodo JESU CHRISTI spiritum fervaverunt! Quænam illius modo supersunt vetigia? *Videte ut se invicem diligant!* Videte potius quomodo obprobriationes sese mutuo læsant, quomodo admittuntur, ut sese vicissim perdant, ac destruant! Videte quomodo alter alterum fallere, alter alterius nominis officere adlaborem! quomodo obloquantur, & mutuo bona, & honorem filii conentur eripere! Videte, quomodo facti sint hodie scandalum Infidelium, quibus olim erant admirationis. Idem.

Cogit nonnumquam charitas, ut in Proximum austeri simus, talis ea debet esse, superioris erga subditos, ubi ad eorum defectus corrigendos, salutemque eorum procurandam hoc propturum conseritur. Verum cum homines plerumque rerum ordinem invertant, accidit, ut severitatem omnem in proximis, indulgentiam omnem in nosmetipsis refereremus. Illis nihil concedere, nobis semper parcere volumus; cum e contra christiane charitatis postulerit ordo, ut austeritatem, severitatemque in nosmet exercereamus per penitentiam, rigidamque mortificationem; (quippe juxta Evangelii præcepta tunc nosmetipsos vero amore prosequimur); cum autem charitas, Apostolo docente, benigna sit, præcipit, ut omnem erga Proximum indulgentiam expropiamus, dummodo in turpem adulationem, quæ vitia fovet, tandem non migret. Nos vero hæc abutimur doctrina; Severas Evangelii leges, ubi nostræ utilitati adversantur, in mitiorem sensum deorquemus; ubi vero de proximo agitur, mitiores quascumque explicationes expungimus. In alios ea utimur severitate, quæ Deus in nos uti jubet; pro nobis vero eam habemus suavitatem, quam erga alios haberi præcipit Deus: *Essais de Sermons pro 17. post Pentecost. Dominicæ.*

Dei Filius profutur ex fide præsertim, quæ charitatis præceptum servavimus, cognatum iri, nobis spiritum suum inesse, ac suos esse discipulos, hoc est veros Christianos; quasi innuere vellet, quemadmodum S. Augustinus animadvertit, non ex potestate ejicienti demonia, mortuos resuscitandi, omniaque patranda miracula, neque ex dono linguarum, vel Prophetiæ Discipulos suos agnoscunt

Ratio charitatis est universalis, hoc est sese super omnes homines extendit, quemadmodum fidei ratio æque ad omnes fidei sese extendit articulos; ut & quomodo ut fidei factura fiat, satis est de uno tantum Religionis articulo dubitare, ita ad charitatis facturam subeundam satis est, quædam te habere aliorum amandorum causam, quæ in uno hoc non invenitur.

Charitas in nos quidem extendit, in alios vero indulgentiam petit.

Charitas pati debet proxi- mium dicitur.

Charitas nota est, quæ I. C. Discipuli diligebantur.

tum iri; alii enim etiam, qui nequaquam sunt veri ejusdem Discipuli hæc dona consequi possunt, sed ex charitate, quam illi inter se mutuo colerint. Et profecto Salvator ipse prædicit futurum, ut novissimi Judicii die dicant non pauci: *Domine nonne prophetavimus, Dæmonia ejecimus, & plura in nomine tuo miracula operati sumus? qui bus reddet, se illos necire.* Cur autem illos neciret? Quod eo nequaquam notati erant charitatem, qui discipulis suos ab aliis distinguit, videlicet charitate. P. Nepeveu libro, qui inscribitur: *L'Esprit du christianisme. Traictat de charitate.*

Naturalis affectio præcipua est, atque simul vulgarissima ex illusionibus, quæ in spiritum charitatis irrepunt. Proximus diligitur, verum est, sed propter quæ dilectione dignus videtur; atque ex ea tantum parte respicitur, quæ magis aridet, & quæ nobis jucundissima accidit. Mens, dignitas, temperamentum, ingenium perpenditur, & magis hæc carnis, & sanguinis illecebra, quam virtutis, & græte præstantiæ homines afficiuntur. Putant, se diligere Proximum uti opus est, & charitatem diligentiissime tueri cum omnibus, si nemini molesti sint, si aliorum habeant rationem, erga omnes urbanitatis exerceant officia, atque extrinsecus amicitia nonnulla edant indicia, quæ intus perfecta nihil significant. Sanctissimum charitatis nomen conquinant, qui eodem appellat actiones, quæ plerumque motus sunt propensionis corruptæ; & affectus meri habitus, quo solum sequuntur ingenium. P. Rapin libro de Spiritu Christianismi.

Christianos omnes cujuslibet tandem regionis, & conditionis fuerint, tanquam pares, & fratres existimare debemus, cum pateat omnes ex eadem origine profectos, omnes JESU CHRISTI sanguine divinitus in Baptismo regeneratos, eundem cum nobis habere Patrem, qui Deus est, eandemque præstolari hereditatem. Hæc fuit mens JESU CHRISTI, cum nos ad Fidem suam evocavit, ut videlicet in cordibus nostris charitas, & mutua dilectio regnaret; homines omnes inter se æquales fecit, ut omnes æque dicerent Deo: *Pater noster.* Itaque communis hæc est omnium Ecclesiæ Patrum sententia, Deum per hoc extinguere voluisse inimicitias, superbiam cohibere, invidiam eliminare, & charitatem in animos nostros invehere. Hæc autem aequalitas, quam Dei Filius inter Fideles constituit voluit, illi innititur unioni, quam inter se habere debent, eo quod omnes simul JESU CHRISTI corpus componunt. Hoc docet Apostolus per ea verba: *Omnes nos in unum corpus baptizati sumus, sive Judæi, sive Gentiles, sive servi, sive liberi; & omnes in uno Spiritu potati sumus.* Hoc est, cujuscumque conditionis sumus secundum mundum nos, qui in JESU CHRISTO baptizati fuimus, pauperes, vel divites; nobiles, ignobiles; liberi, servi; omnes quatenus filii Dei, sumus æquales, omnesque tanquam fratres amare tenemur. *Bartholomæus Carranza Tractatus de Oratione Dominicali.*

Ut hæc habeamus charitatem Proximi defectus ferentem, quot nobis victoriz sunt referendæ de affectibus, ingenio, at temperamento nostro! quid ferendum non est? Quot eorum quibus cum vivimus, prava studia, quot molestias pati debemus? quot importuna, morosa, & naturales antipathie superandæ? Ut hæc assequamur charitatem, quoties gratias tacendum est, ubi maxime loqui cuperemus; quoties quiescendum, ubi resistere tentavimus, excusandum; ubi omnia ad examen revocare optaremus; quærendum potius, minus asfalsis jocis alioquem perstringere cuperemus? Quotnam de ipso jure nobis concedendum est? Quotnam in rebus, & occasionebus, in quibus facile dum est, & recedendum? P. Bourdaloue in sermonebus suis, secundo adventu, *Sermones de severitate Evangelica.*

Proximum suum diligere, Auditores lectissimi, nostris necessaria, quam humanitas ipsa animabus dibus nostris elicit. Creator, ut inde hominibus exterius, ac sensibile mandatum irrogaret: *Diliges proximum tuum.* Hoc principium est, cui ne unus quidem adversatur; Scythæ, Barbarus, Judæus,

Gentilis hæc in re cum Christiano consentiunt. Debitum ergo sese diligendi, mutuum opem ferendi, ubi in aliqua societate vivimus, ex ratione atque natura pendet, ibique nullam partem obinet Religio. Verum enim vero certo certius est, Christianam Religionem perfecisse naturam in charitate, S. Augustinus ait: quia, neque enim fallimur, magnum interesse debet discrimen inter necessitudinem, quam Ethnici ultro citroque aluerunt, & charitatem, quæ inter Fideles vigere debet. Illis inhærere terminis, quos natura generatim universis præscripsit, ubi de amore sermo est, hoc nimis parum est JESU CHRISTI discipulis: naturali affectu diligere; amorem, operamque suam in se reservare, cum quibus sympathia, vel nativitatis fors ipsa coniunxit, Christiano viro satis non est: *Nonne, & Ethnici hoc faciunt?* Matth. 5. Si ergo mihi hodie ipsam tantum rationem allocutus essem, satis putarem, in cordibus vestris humanitatis sensus excitare: diligite, clamarem, eos, cum quibus sanguinis jura vos conjunxerit, & quos fortuna intra ejusdem orbis mœnia conclusit; consanguineos, affines, concives vestros; tunc enim hæc humana causæ rationi proculdubio sufficerent. At longe altam hodie instituo viam; de mutuo consensu, qui inter nos esse debet, verba faciens vestram alloquor fidem; ideoque non legem humanitatis, sed christianæ charitatis præceptum revoco ad examen. *Sermo Manuscriptus P. Catrou.*

Charitas Dei, ut divinam imitetur, quæ illius esse debet exemplar, universalis fit oportet, a claudum Dei cura ad omnia, quæ creavit, extenditur. Et sane Deus tanquam Creator desine unquam egestatibus creaturarum? Implorans agri nonne imbribus æque irrigantur, ac eorum, qui fide summa illius mandatis adhærent? Mundi servator nunc dona naturæ æque & super justos, & super injustos effudit? *Qui pluit super justos, & super injustos:* Matth. 5; Talis esse debet Christiana Charitas; justos, vel injustos omnes complecti debet. *Justos:* Illis censuræ virus minime adspargam; virtus mihi validissima erit illecebra, ut omnes necessitudines meas conjungam, & amicos mihi confociem. *Injustos:* Minus perfecti a mea charitate non aberunt; flagitiosissimo cuique amore meum non denegabo; criminosis parcam; in illos non invehar; neque animo meo solatum afferam; virtutes meas cum vitiis eorum conferendo. Si improborum conventum effugere cogar, recordabor simul, illum a me diligendum esse, neque christianæ charitatis subsidium eidem esse negandum. Hæc duo præcepta minime opponuntur. Nisi mihi hæc demandata fuerit provincia, ut peccatores ab iniquitatis ad virtutis viam convertam, flagitiosorum hominum commercium effugiam, ut meæ salutis caveam; at in eos minime fovebo amaritudinis zelum, quo exasperentur; illos potius qua precibus, quæ exemplis juvare aditit; ac pro illis mea apud Deum vota, meaque orationes impendam. Idem.

Validissimam nobis suggerit rationem Apostolus, propter quam fratres nostros amare debemus, ubi JESU CHRISTI nomine inquit: *Commendat charitatem suam Deus in nobis; quoniam cum adhuc peccatores essemus ... Christus pro nobis mortuus est:* ad Rom. 5. Satisne intelligitis, quid hæc sibi velint verba? Si fratres nostros amare tenemur, quia pro illis mortuus est; omnes profecto a nobis amandi sunt, quia pro omnibus Christus mortem appetiit. Fratrem meum sanguine Dei sui imbutum video; huic rationi quamquam inimicitia, quod odium præpollere poterit? At enim improbus est, sexcentis me contumelias afficit; me inter necino persequitur odio, homini meo labem conatur offundere, me in hominum invidiam rapit sexcenta mihi ingerens crimina; illius furor, atque rusticitates neque mihi præsentem parcunt! Verum tamen illum diligit Deus meus; pro illo æque ac pro me Salvator sanguinem suum effudit; cur hoc minime erit mutue necessitudinis vinculum? Me amas Domine; hunc etiam, quem abominor, amas. Communis amicus remotissimos etiam conjungit, & sevilissima etiam odia placat. Ita erit in posterum: nullum habeo inimicum, nemo quippe mihi inimicus esse potest, qui Dei mei, ac Salvatoris mei amicus non sit. Idem.

Nequaquam fallimur: Charitas una sine furo, Charitas sine simulatione nota est, quæ Christianus digno Christi-

Proxi- mum chari- ritas esse debet uni- versalis.

BIBLIOTECA CENTRAL
U. A. N. L.

scitur. Hic certus est pietatis character; cetera ex quibus... scitur. Hic certus est pietatis character; cetera ex quibus... scitur. Hic certus est pietatis character; cetera ex quibus...

Per baptismi, & regenerationis gratiam facti sumus... Per baptismi, & regenerationis gratiam facti sumus... Per baptismi, & regenerationis gratiam facti sumus...

Prima tenenda charitatis ratio, quam Apostolus reliquis... Prima tenenda charitatis ratio, quam Apostolus reliquis... Prima tenenda charitatis ratio, quam Apostolus reliquis...

Quid dicam de communi Christianorum ceteris, & de... Quid dicam de communi Christianorum ceteris, & de... Quid dicam de communi Christianorum ceteris, & de...

Christiani omnes per spiritum gratiae in unum corpus... Christiani omnes per spiritum gratiae in unum corpus... Christiani omnes per spiritum gratiae in unum corpus...

condolent. Vultus quidem membris omnibus non est... condolent. Vultus quidem membris omnibus non est... condolent. Vultus quidem membris omnibus non est...

Consideremus, Fratres mei (S. Basilii ait) amorem, qui... Consideremus, Fratres mei (S. Basilii ait) amorem, qui... Consideremus, Fratres mei (S. Basilii ait) amorem...

Multitudinis credentium erat cor unum, & anima una... Multitudinis credentium erat cor unum, & anima una... Multitudinis credentium erat cor unum, & anima una...

Quot fratibus suis gratificatur, humanis duntaxat... Quot fratibus suis gratificatur, humanis duntaxat... Quot fratibus suis gratificatur, humanis duntaxat...

uni sibi prodesse contendunt. Ibidem. Nunquam vel iniquitas, vel ingratitude mortali... uni sibi prodesse contendunt. Ibidem. Nunquam vel iniquitas, vel ingratitude mortali...

Sane diligimus homines, quin ullam qualitatē eorum... Sane diligimus homines, quin ullam qualitatē eorum... Sane diligimus homines, quin ullam qualitatē eorum...

S. Paulus Ephes. 3. ad Deo petit, ut Fideles sint in... S. Paulus Ephes. 3. ad Deo petit, ut Fideles sint in... S. Paulus Ephes. 3. ad Deo petit, ut Fideles sint in...

Liquet, quid vulgo dici solet, ut homines a Proximi... Liquet, quid vulgo dici solet, ut homines a Proximi... Liquet, quid vulgo dici solet, ut homines a Proximi...

mus indignum? Ita JESUS CHRISTUS est in Proximo... mus indignum? Ita JESUS CHRISTUS est in Proximo... mus indignum? Ita JESUS CHRISTUS est in Proximo...

Primus motus, quem nobis charitas tribuit, cum fratres... Primus motus, quem nobis charitas tribuit, cum fratres... Primus motus, quem nobis charitas tribuit, cum fratres...

Namque fere superest vestigium charitatis, quae olim... Namque fere superest vestigium charitatis, quae olim... Namque fere superest vestigium charitatis, quae olim...

SUPPLEMENTUM.

Charitas.

Gentium Doctor inter charitatis, cuius praestantiam commendat... Gentium Doctor inter charitatis, cuius praestantiam commendat... Gentium Doctor inter charitatis, cuius praestantiam commendat...

Charitas, que prima Fidelis bonis suis se mutuo iurabat.

Charitas inter Fideles se frigitur.

Primitiva ratio est patient...

De priorum Fidelium charitate.

Charitas erga proximum consistens esse debet.

Christiani omnes per spiritum gratiae in unum corpus...

BIBLIOTECA CENTRAL U.N.L.

gnam, beneficiumque; hanc non zelulari, non fufere, non irasci; non cogitare mala de proximis, non amare inultitiam, neque eadem gaudere: Denique illam omnia fufingere, fufinere omnia. Hinc legitur, fi ego fignorem me ipfum in occafionibus moderari, & iuxta Evangelicam locutionem poffidere me ipfum in patientia; fi mihi non adeft ea omnis lenitas, qua opus eft ad pacem in familia fovendam, fervandamque inter proximos; fi qua de omnibus benemereri, omnibusque placere ftudeam, clanculum contra aliquem secreta alio inimicitias, invidiamque, & contra alios palam fuccentio; fi facile malis fufpicionibus, atque praepudiis, qua illis obftat, cum quibus mihi vivendum eft, vel qui mihi parent, locum praebet, fi aequum putans quiddam zelus caecus fuadet, in id incumbo, ut quidam meo moleftiae fim, ut illi id adverfer, eumque profternam; & dolor illius, quo & ipfe commovendus eum, e contra mihi lacerantem adfert, ne incallum preces precibus, exercitationes aeternae exercitationibus addere, omnis pietas mea evanefcat, nihil fum; vel ad fumum nihil aliud fum, quam res fonans, & cybanum tinniens, qua charitatem non habeo. *P. Bourdaloue in Dominici.*

Ratio proximi diligendi.

Hoc eft praecceptum meum, dicit Dominus, ut vos invicem diligatis, ficut ipfe dilexit vos. Hoc eft praecceptum optimi Domini noftri, S. Joannes addit, quod fi fecerimus, acta jam omnia funt. Nota, Dei Filius inquit, ex qua omnes cognofcent vos meos effe difcipulos, haec eft, fi voverit invicem diligatis. O praefantiffimam rationem, qua ad fratres diligendos invehimur! Num alia ratio inquirenda eft? Hoc fingulare praecceptum eft, & JESU CHRISTO acceptiffimum; hoc fingulum eft, ex quo difcipuli ejus agnofcuntur; nihil hoc juvenibus accidere poterit JESU CRISTO. *P. Croiset in Aeternis Exercitationibus.*

Si non diligimus, quomodo amemus, ficut debemus?

Quinam error eft, arbitri, Deum diligere a vobis, niſi proximum veſtrum diligatis? Licet unus tantum eſſet in Mundo, quem non amaremus ficut nosmetipſos, fruſtra nos Deum gloriamur diligere. Devotio falſa eſt, amor Dei commentitius, dum in corde manet adhuc nonnulli invidiae, acrimoniae, vel odii. Quamam igitur fors erit eorum, qui aliena retinent bona, vel qui fratrum fuorum nomini nebulam quaerunt offundere? Quid ſibi exſpectare poſſunt improba corda, violenti ſpiritus, qui ad offendendam ultionem, vel ſaltem invidiam fuam, vel aliam quamlibet animi agritudinem, putant ſe non odiſſe niſi vita, ſibiſque merito vertere volunt omnem ſicti zeli fui improbitatem? *Idem.*

Mandatum quo proximum diligere tenemur, ſimile eſt illi, qui nos Deum diligere jubet.

Cogitate cujus momenti ſit primum legis mandatum; Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua. Alterum, quod praecipit, ut proximum, tamquam nosmetipſos diligamus, priori ſimile eſt. Haec duo ſunt praeccepta, ſed praeterpropter, unum duntaxat imperatur; quandoquidem dicere poſſumus, amorem, quo Chriſtiani ſeſe invicem diligunt, unam, eandemque virtutem eſſe, & amorem eundem cum amore, quo Deus ipſe vult amari. Unum, & idem ipſi diligimus, ſeu diligamus Deum, ſeu Chriſtiana charitate hac fratres noſtros diligamus; quia non niſi Deum in fratibus diligimus; & quia fratres noſtros non niſi propter Deum ipſum diligimus. Quam bonus eſt Deus, qui duo praeccepta acie adeo conjunct. *Idem ſi dem.*

Vitia charitatis oppoſita, virtutesque illam foventes.

Vitia charitatis oppoſita ſunt ſuperbia, ira, impatentia, & zelus imprudens. Inter ſuperbos non deſunt uſquamurgia. Homines iracundi, impatientes, vel ardentiores, quam prudenti zelo animi ubique a cordae flammis accendunt. S. Paulus huiusmodi vitis opponit virtutes, quibus oppugnantur, ac primum ſuperbiam humilitatem. Humilis eſt de humiliter tantummodo ſentit, ac ſparibus ſuis le inferiore ſemper exiſtimat. Ejus humilitas extrinſecus oriam deprehenditur ex ſimplicitate totius habitus etiam, ex verborum moderate, ex obſervantia erga alios; ſed humilitatis lenitas accedat oportet. Virtus hac fovet pacem, quam ira perturbat. *Fili, in manuſcriptura opera ſua perfece, & ſuper bonum gloriam diligenti.* Patientia inſeparabilis eſt a Chriſtiana lenitate. Contentia illa motus iracundiae, qui ſepe turbant charitatem, inſiditque ſeranam imprudenti zelo, quo rapimur, ubi fratrum noſtrorum crimina intuemur. Caterum non ideo dixerim, nos eſſe a correctione fraterna immunos: hoc munus eſt maxi-

me neceſſarium, ſi ob eum, quem tenemus, locum aliorum nobis concedita cura eſt; ſed patientia, & manuſcriptura debent moderari zelum noſtrum, & charitas efficiere debet, ut ſeramus id, quod corrigere in noſtra poſſibile poſitum eſt, quia illam extinguamus. Scrutinamini modo diligenter cor veſtrum, fideles; utrum zelus imprudens, an patientia, irane, an ſuperbia dominetur illi? Ad JESU CHRISTI pedes provoluti conſitemini qua in te peccatis, promittite illi, vos deinceps iuxta exemplum illius futuros humiles, mites, patientes, & plenos Charitate. *P. Segneri in Meditationibus.*

Particularis ſingulorum praedestinatio ſecretum eſt, quod ſibi Deus reſervavit; & niſi adit revelatio, nemini ſas eſt hoc penetrare myſterium. Tamen, Apoſtolus inquit, volo dare vobis veſtrae praedestinationis indicium parum ambiguum: eſt amor, perfectaque charitas, qua fratres noſtros complectimur: *Quoniam diligimus fratres.* Hic eſt character, ex quo Saluator vult ſuos agnoſci diſcipulos: In hoc cognofcent omnes quod diſcipuli mei eſtis. Hoc praecceptum eſt, praeter ceteris ab illo dilectum: Hoc eſt praecceptum meum, ut diligatis invicem. Peculiare praecceptum meum eſt, ut voverit mutuo amore proſequamini, quemadmodum ego dilexi vos. *Qui non diligit, manet in morte.* Dixerat S. Joannes, nos tranſiſſe de morte ad vitam inſolubili redemptionis beneficio: illic declarat, fruſtra hac de re gloriari, qui non amat proximum ſuum tamquam ſe ipſum: ſine hac Chriſtiana Charitate tamus in perditionis itatu: qui non amat, manet in ſtatu mortis. Et proſpecto Deum amare non eſt, fratres ſuos non diligere. Quae illuſio, quis error, bone Deus, putare le Deum diligere, & Deo acceptum eſſe, & in animo fovere ſecretum odi in adverſus proximum ſuum. *P. Croiset in Aeternis ſom. 4.*

Amor proximi praedestinatio.

In hoc cognovimus Charitatem Dei, quoniam illi amamus ſuam pro nobis poſuit. Vultis cognoscere, utrum vere fratres veſtros diligatis, dicit S. Joannes; utrum illos Chriſtiana charitate, quae tantopere vobis commendata eſt, illos proſequamini? Videte, utrum ita affecti eſtis, ut pro illoſum ſalate parati ſitis ad vitam veſtram pro eorum ſalate profundandam: quemadmodum JESUS CHRISTUS ſuam prodegit, ut nos ſalvos faceret. *Quoniam ille omniam ſuam pro nobis poſuit; & nos debemus pro fratribus animas ponere. Id. ſom. 4.*

Exemplum perfecti amoris erga proximum.

Quicumque bona mundi huius poſſidens viderit fratrem ſuum in neceſſitate poſitum, & clauſa habuerit viscera ſua erga illum, quomodoam habet in ſe amorem Dei? Divites Mundi huius, qui duri eſtis erga pauperes, nobiles Mundi, qui in luxu, ſplendidis conviviis, equis, ſuperboque famularum conitatu inſumitis, quod fatis eſſet ne quamplurimi calamitoſo itaque interirent; gloriari ne poteſtis, Chriſtiana Charitate habere? & ſine hac poteſtis inſperare, vos ſalutem veſtram operaturos? *Idem ſom. 4.*

Filius amor proximi.

Cum omnes unum duntaxat corpus in JESU CHRISTO conſtituamus; ſumus invicem alii aliorum membra, ut nobiſmet ipſos ſeramus ſecundum manus unicuique membro propriam. Ita cum ſinguli diverſa habeamus munera ſecundum gratiam, quae nobis data eſt, opus eſt, ut unusquique in communem utilitatem ſua exercent talenta. Non ſecus ac in uno corpore ſingula membra ſua habent peculiaria officia, quae exercet fine aliorum membrorum invidia: ita in Eccleſia Chriſtiana quilibet fidelis a Deo accipit donam ſibi propriam; nec aliis invidere debet, quod acceptum, ſed contentus eſſe ea gratia menſura, quae ſibi conceſſa fuit. Charitas communes eſſicere debet favores omnes, quibus cumulati fuerunt fratres noſtri; neque illis invidendum eſt magis quam manus invideat oculo videndi facultatem, vel pedi illam ambulandi. Ad eſſe oportet aliorum aliis ſubordinationem, atque communicationem illi ſimilem, quae in variis corporis ejusdem membri inventitur. Viciffim ergo noſmet prooccupemus, iuxta conſilium Apoſtoli, mutuis officiis, ac beneficiis: ipſa urbanitas, & elegantia morum non addiecta, & ſine ſico charitatem commendant, & vulgo allicent illi. Charitas divitum praecipue virtus eſt, non ſecus ac patientia, & humilitas pauperum. Divites bonis cumulati fuerunt hanc unam ob cauſam, ut ferrent opem indigentibus, quibus ſere omnia deſunt. Iſtis etiam inimicis benefici-

Chriſti omnes unum corpus in JESU CHRISTO conſtituamus.

Charitas realis eſt, non ſimulata.

te, hucque Charitatis perfectio debet procedere. Haec heroica virtus eſt, quae efficere debet, ut Chriſtiani ſis omnibus aſſiciatur, quae vel proſperis, vel adverſa fratribus accidit. *P. Croiset in Aeternis Exercitationibus pro Dominici, feſſiq; mobilibus.*

Proximo non ſolum in omnibus reddenda juſtitia eſt, ſed non vicia pro vitiis de illo optime merendum eſt.

Rom. 12. Mar. 12.

1. Petr. 4. Rom. 13.

1. Petr. 4. Rom. 13.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

ter has omnes ſimulatas proteſtationes, & praclaros miſerationis, ſolicitudinis, atque adeo benevolentiae ſenſus, quam parum Chriſtiana Charitatis ineſt? Officioſiſſima quidem verba, praeteraque nihil. *Idem, ſom. 4.*

Deum, proximique noſtram verbo tenuis diligere ſimulatio eſt, hypocriſis, contemptus; adlietiam poteſt, impietas. Numquid ignoratur, Deum ad unquam cognoscere veros cordis ſenſus, & ſine cultu interiori pro nihilo habere lingua, labiorumque motum exteriorem? Dicere Deo, ipſum a nobis amari, cum interea cor verbis non conſentit, credere eſt, Dominum in cognitionibus ſuis adeo circumſcriptam eſſe, ac hominem, adeoque facilem, ut ſacum ſibi fieri patiatur? Hinc conſcite quamam fit haec impietas; & quid poſſum eſſe, cor noſtrum a Deo videri, & quidquid illuc agitur, ab eo perfecte cognosci; & tantum nobis eſſe impudentiae, ut illi dicamus, ipſum a nobis amari? *Idem, ſom. 4.*

Amor noſter in ſolis verbis non conſiſtat.

Amicitia parum ſincera erga Deum, & homines.

Si ita ſinceri fumus cum Deo, num mirum eſt, ſi adeo parum cum hominibus ſinceritatis habeamus? Verum eſt diſſimulationem, improbamque fidem hodierna die inter vulgatiſſimas, maximeque communes mundanorum qualitates haberi. Sed plus ne ſinceritatis invenitur in officioſis ſtificationibus, & amoris ſignificationibus apud eos, qui pietatem proſtituerunt? Uſpianne plus urbanitatis, officioſitatis, & elegantiae vitium eſt, ſincerae autem amicitiae minus? Avaritia poſſima eſt hujus rei cauſa. Bone Deus! Chriſtiana Charitas, cujus praecceptum irrogati, praecceptum tibi acceptiſſimum, quod proſiteris, ſimile eſſe debere praeccepto diligendi Deum, ut lex tota inhiſit; haec inquam inevitabilis charitas, ſere a mundo proſcripta eſt, & a vita civilis conſuetudine pulſa in exilium. Subdoloſus fermo diſſimulationis, officioſaque urbanitatis, ſed vacuus, ac ſterilis in locum illius ſubinveſtus eſt. Humanum cor, ubi primum ſui compos factum eſt, ulterio ſele mancipat amori proprio ſuiſque cupiditatibus. *Idem Tomo 4.*

Quomodo proximus eſt diligendus? Audite eum, qui antonomatiſtic Theologus appellandus eſt. Ne amatis, inquit ille, verbis tantum, ſed & operibus, & in veritate; & in veritate diligimus, ſi cor noſtrum coram Deo perſuadeamus, ſecundum Apoſtoli huius doctrinam amoris excellentiam in hoc poſſit eſſe, ut fratres, corde, verbis, & factis amemus. Illos amamus corde, cum eorum proſpera letamur fortuna, adverſa dolemus, & cum illis beneficiere non valentes, ea quae bona ſunt, deſideramus. Charitas, S. Auguſtini ait, proprie non eſt, nec ſolum eſt in opum largitione, & reſidet in corde. Qui bonis caret, habere tamen poteſt ardentem charitatem, & Deus in his voluntatem remunerat, quemadmodum in aliis liberalitatem remunerat. *Coronatus Deus inſus voluntatem ubi non invenitur facultatem.* Opus eſt, ut in ſe verbis utar; ſed opus eſt, ut cor noſtrum te extendat, ac dilaret per amorem quo fratres noſtros complectimur, ita ut plurimos capiat; cor enim Ethnicum amicos tantum amat, Chriſtiana vero ipſos etiam inimicos. Huius amoris praefantia ſeſe prodit in officioſis verbis, quibus utitur, ut fratres noſtris gratificemur, eorumque leves noxae excuſemus; in verbis lenibus, quae, ut ſapienter ait, augent numerum eorum, qui nos diligunt, ac mulcent furorem eorum, qui nos odere; in verbis illis, quae perſeverans parit manuſcriptura, comes individua charitatis ſincerae, de qua S. Paulus loquitur. Sin autem erudire, & corrigere tenemur, hoc nunquam faciendum eſt cum acrimonia; quandoquidem, S. Auguſtino teſte, charitas, quae ſuae naturae ſelle vacua eſt, ſandam novit induere ſeveritatem, ubi id proximi utilitas poſtulat. *Sapit quodammodo charitas ſine ſelle.*

D. Auguſt. in 2. Th. 102.

1. Joann. Tract. 2.

Charitas debitum eſt inſolubile, quod verus Chriſtiani ſemper perſolvit, & nunquam diſſolvit. Charitas enim vix totius debitum eſt. Nullus eſt ex fratribus noſtris, quem diligere non te neamur, nullus, quicumque eundem ille fit, qui non ſit a nobis ſemper diligendus. Poſſeſt ille quidem ſe indignum praebere amore meo propter vendi genis nequam, improbum, ingratum, immo etiam gravi ſcandalo non immunem: verum nequit ille me eximere ab illius amandi neceſſitate. Factum illius improbare licet, pravos mores damnare, ſed illum non amare, non licet. Hoc Religionis munus eſt, nemo ab illo poteſt diſpenſare. Clement, provocent amor proprius, & humana ratio contra hoc debitum; hoc praecceptum eſt illi ſimile, quo Deum amare jubemur aequae poſitivum, aequae apertum, aequae permanent, aequae indiſſolubile, & dicere poſſumus officium hoc quodammodo eſſe Religionis noſtrae characterem. Bone Deus! quamam pacis ſuavitatis, quae tranquillitas, quae in civili vita unanimitas, ſi praecceptum hoc ſervaretur? Bella, contentiones, lies, ſimulatae, invidiae, mala fides; omnia a Chriſtiana ſocietate exularent. Sed quam male hoc praecceptum ſervatur! Praeccepta reliqua in uno praeccepto Charitatis invenitur, & colliguntur. Non alia in teſte lege opus eſt, ſi rite Charitatis lex ſervaretur. *P. Croiset ibidem.*

Opus eſt Charitatem noſtram praedicam eſſe, & verum, non autem in verbis, labificae poſitam. Multum in mundo ſunt amicitiae ſignificationes, officia multa, multaque officiorum oblationes; & in

How dry Bibl. Tom. I.

BIBLIOTECA CENTRAL U.A.N.L.

Amor, quo JESUS CHRISTUS dilexit nos eo usque ut ob-
scuret, tradereque vitam suam, ut nos ab aeter-
na morte liberaret; & hic amor illius erga nos
exemplar est illius, quem ipsi vicissim erga pro-
ximum fervere debemus. Mandatum, inquit ille,
quod dedi vobis, hoc est, ut diligatis invicem si-
cut ego dilexi vos: utque intelligamus, ubi velit,
nos amorem illius imitari, addit, majorem chari-
tatem nemo habet, quam ut ponat quis animam
suam pro amicis suis. Hucusque illius amor per-
venit, & hic etiam amor noster tendere debet.
Nihil est, cui faciendo præsto esse non debeamus
pro externa proximi nostri salute: Si illum dili-
gimus sicut nosmetipsos, illi cupientes hanc gloriam,
ad quam ipsi contendimus; si illum diligimus,
quemadmodum nos dilexit Filius Dei; si Salvato-
rem in illo diligimus, eamque respicimus tam-
quam pretium Sanguinis illius; hic amor dubio
procul, nos ad omnia facienda, patientiaque dis-
ponet; ad omnia exponenda & ne huic quidem
temporalis huius corporis vitæ parcendum propter
salutem, æternamque vitam corporis, & animæ
fratrum nostrorum. Ad hanc animi dispositio-
nem nobis contendendum est, propter Mandatum,
& exemplum JESU CHRISTI. *Recens Au-
ctor.*

Amor, quem proximo debemus, duo posulat;
sensum cordis, & subsidium manus. Eger frater
noster: primum illud, quod debes ei, miseratio est:
alterum, auxilium. Fortasse deest tibi, unde illi
feras opem; non desunt tamen viscera, ut malo-
rum eius misereris. Hæc miseratio necessitatis
est; & miseratio vera non erit sterilis. Illa donat,
si habet, quid donet; consulat, alibi quærat o-
pem, quam per se dare non potest. Verbum, S.
Augustinus ait, non deest tibi unquam unde fra-
tri tuo beneficias, cum cor tuam plenum erit bo-
na voluntate erga illum. Cum ita modico amore
quomodocumque audebis vivere vitam, quæ tota
esse debet amoris plena? Fac Domine, ut de morte
transeamus ad vitam, efficiens, ut ab odio, vel
incuria fratrum nostrorum iniremus ad hanc chari-
tatem, in qua omnes Christianam virtutem con-
stituit. Ne infinitus amor, propter quem vitam
tuam pro salute nostra impendisti, nostræ fiat cau-
sa damnationis: fac, ut per gratiam tuam omni-
bus viribus tendamus ad illum pro virili imitan-
dum. Da nobis sensus; da nobis operæ; da te ip-
sum nobis, quandoquidem ipse centrum es huius
charitatis, quam nobis etiam, atque etiam com-
mendas. *Auctor recens.*

Æque impossibile est, nos affici amore Dei,
quin simul proximi amore afficiamur, ac Deum
simul amare, & non amare. Notatum fuit, dili-
gentiam cum primis Fidelibus de ea dili-
gentia tantum loqui consuevisse, quam illi sibi
mutuo debebant, quæ in, non nisi raro, verba face-
ret de illa, quam Deo debebant. In Epistola pri-
ma dicit, eum, qui fratrem suum diligit, manere
in lumine, & scandalum in eo non inveniri.
Dicit etiam, si quis se Deum diligere iactat, &
adhuc fovet odium adversum fratrem suum, esse
mendacem. Qui non amat fratrem, quem videt;
quomodo Deum, quem non videt, amabit? Et
infra: hoc mandatum est, quod a Deo ipso accep-
imus; diligentes Deum, fratrem quoque dilige-
re. Hoc ipsum dicit in Epistola secunda; ideoque
conatur in cordibus nostris fidelem, sincerumque
erga omnes homines amorem imprimere. *Recens
Auctor.*

Neque existimet quisquam, ut scite S. Augusti-
nus animaverit, Apostolum hunc nos dispensare
velle a primo, & inevitabili præcepto diligendi
Deum ex toto corde, omnibusque viribus nostris;
a non enim proximi, cum omne meritum ab hoc
primo amore, qui unica illius est causa, perci-
piat; gravissima esset illud duo separare, quæ
lex, & ratio reddunt inseparabiles; sed benevo-
lencia, quæ erga fratres nostros pleni sumus, cum
illam supponat, quæ Deus a nobis diligendus est,
Creator, & omnium Pater: Apostolus totam no-
stræ charitatis extensionem comprehendit in suavi,
& inevitabili mutæ charitatis officio. Ad hæc
cum charitatis verbes occasionem sint frequentiores
propter reciprocas necessitates, quibus invicem jun-
gimur, quam ille, in quibus posulat Deus nostri
erga se amoris testimonia; sapius ad proximi,
quam ad Dei ipsius amorem laudat horandi.
Præterquamquod amor, quo proficimur homi-
nes, cum per sensibilia se producat officia, et

Amor proxi-
mi non
superat
amorem
Dei; sed
plures no-
bis adigit
oculos ad
illum ex-
tendi, quæ
hæc.

ficit, ut melius nostræ cognoscant affectiones er-
ga Dei Majestatem, quam ille, qui pro unico ob-
jecto Deum habens, non alium præter illum re-
stem haberet. *Idem.*

Liquet quid vulgo dici consueverit homines ut
sefe excent ab amore proximi. Hic, dicitur, a-
deo imperfectus est, atque tot noxiis obnoxius, ut
nosmet ad illum amandum nequaquam affentia-
mus. Sed in hoc amore querimus anime stu-
dium, quo ad fratres diligendos impellimur, & ad
aliorum infirmitates ferendas, an præceptum, quod
nobis JESUS CHRISTUS irrogavit? Numquid in
illis nosmetipsos amare volumus, an Deum? Ne-
cesse non est Christianum te esse, ut ita diligas;
satis est Ethnicum esse. Amor quem nobis præcipit
JESUS CHRISTUS, est, ut quocumque vitium
fratres nostri fordidant, illos semper quantum
nosmetipsos diligamus; *Sicut dilexi vos, Filius
Dei inquit.* Numquid vitium omnibus careamus,
cum dilexit nos Deus? Num aliquid amore di-
gnum in nobis erat? Si adorabile Salvatoris cor-
pus in Eucharistia invenitur in aliquo turpi lo-
co, qui illius Sanctitatem minime deceret, num
ideo cessaremus quo minus illi honorem adhibere-
mus? Attamen JESUS est in proximo nostro licet
crimibus affente, & illum reicimus. *Libet cui
titulus: Christiana videntia.*

Hic autem immorandum non est, in confide-
randis videlicet proximi vitium: Charitas hæc om-
nia tegit: reverentia quam JESU CHRISTO de-
bemus, efficere debet, ut hæc omnia negligamus.
Cum ipsi huic peccato medicinam adhibuerimus,
dicere poterimus, nos vitam quædam abstulisse, in
quæ seipsum labantur homines, & quæ parum
agnoscuntur. Præterea palam contra charitatem
peccatur, quia proximum tamquam nosmetipsos
tenemus diligere; illum etiam tolerare debemus,
sicut nosmetipsos toleramus; & notandum est,
quod cum Apostolus legem universalem ad solum
proximi amorem redegerit, tandem amorem pro-
ximi redigit ad vitam ultro citroque ferendam.
Qui proximum diligit, ait ille, legem adimplet,
& sibi, Alter alterius onera portat, & adimplet
bitis legem Christi. *Videm.*

Charitatis præceptum non amplius agnosci, ob-
servarique videtur in mundo; quis enim putat,
vel sibi persuadet, charitatem, qua proximum
suum tenetur diligere, illi esse conformandam,
quæ nos Dei Filius amavit? *Hoc est præceptum
meum, ut diligatis invicem sicut dilexi vos.* Quæ-
nam intercedit similitudinis ratio inter eminentem
hanc Charitatem, quæ dilexit nos Deus, & eam
qua ultro citroque nosmetipsos diligimus? Diligimus
quidem amicos, quæ dilectæ dicuntur; diligimus
amicitiam vix, & ne vix quidem inter homines in-
venitur. Ita bona sua, fortunæ, negotia, existima-
tionem, vitamque ipsam pro amicitia utilitate
deserere, id est cupis nulla videris exempla; il-
lo vero cum quibus nobis peculiaris non interce-
dit necessitudo, nullo in discrimine habemus, tam-
quam advæ existimantur; pro his ne obolum
quidem impenderemus, ne momentum quidem
nostri solatii in ope illis ferenda infunderemus, ut
eos de gravi aliquo periculo eriperemus, vel ali-
quid eorum tranquillitatis confereremus. Demum
ubi de illorum agitur negotiis, non reminiscimur
amplius præcepti, quo illos tenemur diligere, nec
modi quo illud servandum est, perinde ac Dô-
minus nunquam locutus fuisse. *Idem.*

Cum habemus Charitatem Dei, iudicamus, uti
iudicat Deus, ac sentimus, quomodo sentit Deus:
ita omnes homines habemus in pretio, videntes,
animas eorum pretiosas esse in oculis Dei, viden-
tes in illis Dei imaginem, & similitudinem. Vi-
demus illas esse objectum curarum & amoris Dei,
& hæc videntes illorum afficitur charitate. Pau-
peres, ac miseri Deo chari sunt. Hic illorum mi-
serentur, & cum charitas in nostro corde vivit,
cuiuscumque miseriam indiscriminatum videre non
possimus. Huic solatium afferre studemus; proxi-
mi necessitates tamquam nostras agimus; proxi-
mi respicimus, eorumque miseremur. *P. Surin, tomo
2. dialog. Alectid. Lib. 2. cap. 3.*

Mutua necessitudo, quam Apostolus Ephesios
hortatur, ut inter se involuntate servent nequa-
quam ex illis est, quas necant caro, & sanguis:
Spiritus illius vinculum esse debet; *solliciti ser-
vare unitatem Spiritus.* Ita eadem unitas, quam in-
ter Religiosos, virosque bonos videmus, quamvis
modus illius sit virtus, nonnullum est ea Charitas

Proximi
vita ab il-
lus amore
nos deter-
tere non
debet.

Charitas
pari nequit,
quod
proximi
vita con-
sideratur.

ad Galat.
6.

Quam pa-
rum obser-
vetur præ-
ceptum
Charitatis
erga proxi-
mum.

Qualitas
eius quali-
tatis, quæ
Christiani
distingue-
re debet.

Juan. 23.

Nota, ex
quibus ve-
ra erga
proximum
Charitas
distinguitur.

Ut Chris-
tiane fra-
tres diligen-
tius dili-
gendi
sunt in
Deo, &
propter
Deum
Ephes. 4.

imperati nobis, nisi Deus unicum sit principium
illius. Ut igitur Christiano ritu fratres nostros di-
ligamus, in Deo, & propter Deum sunt diligen-
di. Huius generis amicitia mandum universum
complectitur, alienos æque ac proximos; inimicos
æque ac eos, a quibus diligimur. Sed juxta nor-
mam hanc, quæ parum Charitatis in hominibus
reperitur? Mea vero hæc quantum dicitur. Præ-
sta, Domine, ut ex toto corde te diligam: inde
enim pendet obedientia legi, quam irrogas mihi,
proximum meum propter te ipsum diligendi. *P.
Segneri in Meditationibus.*

Variis gra-
dus Charitatis
erga
Proximum.

Fratrum nostrorum vitam sustinere, eorum ne-
cessitatibus consulere, eorum officia pariter onera
sunt, quæ nobis JESU CHRISTI lex injicit, tam-
quam membris, quorum ille caput est. Primum
igitur eorum ferre debemus noxas, malum inge-
nitum, infirmitates, ægrestes mores, ingrati-
tatem, imperum, superbiam, irrisiones, mobilita-
tem, & inconstantiam. Hoc proculdubio illud est,
quod facinram constituit nostræ naturali impatienti-
æ graviores: verum perveniens tandem ad
non ægre ferendam hanc facinram, quæ modo ne-
quaquam hominem vitium, atque imperfectum cum-
mutabilissimum non minus ideo fratrem esse nostrum
in CHRISTO JESU, & amabilem hanc quali-
tatem in corde nostro vim majorem habere debere,
quam sensus omnes naturæ. Secundo proximi ne-
cessitatibus subveniendum est, ægotantibus adsi-
stendum, infirmitates illorum patienter sustine-
ndæ, in adversis solatium præbendum, in rebus du-
bii consilium dandum, erudiendum est, ad ea,
quæ bona sunt hortandus, ac tandem omnia illi
subsidia procuranda, quæ possimus. Tertius de-
nique charitatis erga proximum gradus est, par-
tem onerum illius nobis vindicare; quemadmodum
scimus Sanctos jejunasse, atque severissimas exer-
cuisse penitentias, ut peccatoribus essent auxilium,
ut Divinæ satisfactionis justitiam, Deumque flecte-
rent ad lenitatem. Quænam in hoc mundo suavitas!
Quæ morum integritas! si Christiani mutua
humilissimo charitate aliquid ad perfectam animo-
rum consensionem consequantur! *P. Segneri in Medi-
tationibus.*

Omnivisa
sunt ali-
quando ip-
sa etiam
religionis
officia, ut
Christiane
charitatis
fatiscent.

Charitas
coram Deo
tanta est, ut
quibusdam
in
ocasionibus
hic jubeat
illius exercitium
ipsis etiam
Religionis
officiis esse
antecedendum:
Diligere pro-
ximum. *major est
omnibus holocaustis.* Quis
non miretur
Creatoris bonitatem
efficientem, ut
honor illi
debitus cedat
necessitati
creaturæ, cum
non minime
pudeat inane
quisitum facere
non sine
detrimento
earum rerum,
quas illi
debemus? Sal-
tem discamus
hinc quanti
nos Fratrem
Charitatem
facere oportet.
Idem.

Quam nota est,
quæ JESUS CHRISTUS
elegit, ut discipulis
suis a ceteris hominibus
vulgo feceretur?
Hæc quidem non fuit
miracula
non scientia,
non sapientia,
neque alia
simul præ-
rogativa;
sed est mutua
charitatis vinculum.
In
hoc cognoscunt
omnes quod
discipuli mei
estis, si dilectionem
habueritis
ad invicem.
Sed charitas hæc,
quæ Christianam
distinguit,
esse non potest
Charitas
vulgaris;
sed differe
oportet a
charitate
Gentilium,
Turcarum,
Judæorum,
Non desunt
in natura
secreta vincula,
quibus omnes
homines si-
militer nectuntur,
& quibus bruta
quoque animantia
junguntur;
sed alia
prorsus est
Christiane
Charitatis
natura.
Supernaturalis est
in principio suo,
pura in causa
sua, generalis,
& constants in
effectibus.
Aliquid habet
adeo distinctum,
ut non a-
deo facile
simulari possit;
cumque non est
in corde,
arqum est,
speciem ejus
haberi; quæ in
re longissime
differt ab
aliis Christianis
virtutibus,
quarum
externum
habitu
hypocrite
sepe
mutuantur,
ut locum
faciant
hominibus.
Ex his
charitatis
vestigiis,
quæ
Christiani
hominis
characterem
constituunt,
agnoscere
tuam! *P. Segneri
ibidem.*

Et sane
primis
Ecclesiæ
temporibus
idolorum
cultores
dignoscant
JESU CHRISTI
discipulos
ex eorum
mutua
charitate;
& beatis
illis sæculis
sepe
audiebatur
præ
admiratione
clamantes:
Videte
quomodo
se invicem
diligant.
Nulla
unquam
societas
eam
animorum
consensionem
præ se
tulerat,
cujus
adeo
præclarum
exemplum
Christiani
dedere.
Luis etiam
tempore
vivi
fuit
deservire
tyrannus,
quos
ipsorum
domestici
dereliquerant.
Nonnullam
etiam
omnium
bonorum
suorum
heredes
propriis
carnifices
scriperant,
Ise, omnes

Henry Bibl. Tom. I.

religiones in universum terrarum orbem late ef-
fusus consulite; nulla unquam peperit miracula
illis Christianæ Charitatis similia. *In hoc cognoscunt
omnes, quod discipuli mei estis, si dilectionem habue-
ritis ad invicem. Idem.*

Juan. 13.

Vivere eo modo, qui dignus sit vocatione no-
stra; ex Apostoli sententia est mutuum invicem
Charitatem exercere; & si nobis deest hæc vir-
tus, quæ omnia corda conjungit, Christiani nomen
non mereamur amplius. Hæc est Religionis nostræ
Fundamentum, juxta JESU CHRISTI voluntatem.
Voluit hic, unum illi caput esse, quia mem-
bra omnia, quibus consistat, unum dumtaxat cor-
pus debeant efficere; & voluit omnes unum
dumtaxat corpus efficere; & voluit omnes unum
erant spiritu animandi. Peto, dicebat Patri Æter-
no Salvator antequam in Cælam ascenderet, Pe-
tro pro eis, qui in me crediderunt sunt, ut unum
idemque sint, quemadmodum & ipsi unum si-
demus. Fingi nequit conditio major. Verum etiam
hæc regnare debet inter homines, qui pro capite
habent JESUM CHRISTUM, ita ut si illi inter
se divisi sunt, jam tamquam membra illius non
sentiantur. Spiritus ergo Charitatis proprius est
Christifidelium character: *Pro eis, qui crediderunt
sunt.* Dignare Domine, hunc mihi largiri cara-
cterem, quia sine hoc meæ vocationis officia ob-
ire non possum; quia cum non sum amplius unum
cum fratribus meis, neque unum esse cum JESU
CHRISTO Filio tuo. *P. Segneri in Medi-
tationibus.*

Frater
Charitas
Christifidelium
character
est.

Juan. 17.

Fines, quos Deus fraternæ charitati constituit,
generatim sunt, diligere fratres sicut seipsum. Hic
tamen aliquod subordinatis genus inveniri de-
bet, juxta diversam qualitem bonorum, quæ aliis,
vel nobiscum cupere volumus. Quod pertinet
ad spiritualia bona, gratiam Dei, humilitatem,
obedientiam, aliaque Christianas virtutes,
amor proximi non querit, ut finis, sed a quoquam
superari. Debemus contra nobili aulationem
fratrum nostris, secundum Apostoli consilium
certare ut summa contentione ad emulato-
rum virtutum gradum perveniamus; *secundum
charitatem, emulamini spiritualiter.* Hæc est notum
bonorum natura; hæc nobis vindicantes, illa eripimus
nemini, & non prohibemus quo minus ab
aliis integra possideantur. Quæ ad temporalia at-
tinet bona, quo magis proximum lacertamus il-
litis, eo magis noster pro æternitate thesaurus au-
gitur. Illa cum alterius detrimento non ulurpare,
justitiam munus est, sed illas alacriter in alienas
manus traducere, & seipsum locupletiores nequaquam
putare, quam cum ea proximum possidet affluenter,
hic finis est ad quem perfecta charitas
debet procedere. *Idem ibidem.*

Charitas
fina est
amore
proximi
tamquam
seipsum.

ad Cor. 12.

Ratio vera par pari referendæ Deo, propter om-
nia ipsius in nos beneficia, hæc est, proximo
ferre opem. Plurima debemus Deo. Ille nos ante
facula prædestinavit ad gloriam, ille nos creavit,
ille hucusque nos servavit, ille præstitit, ut in
Christiane Religionis luce oriremur; quotiescumque
illum lesimus, toties nos ad præsentiam expectavimus,
toties peccatorum veniam nobis concessit;
verbo, propter nostram salutem in cruce spi-
ritum efflavit. Hæc memorantes beneficia, possi-
musne grati animi seipsum non fovere? Sed quid
ipsi præstare possumus Deo nostro, qui infinite
potens est, infinite beatus? hoc nempe, animas illi
lucari quocumque possumus. Cum enim rei nul-
lius egeat, in proximum nostrum traditur iura,
quæ habet in gratuitum nostræ effecta: vult nos
fratrum nostris omnia procurare bona, quæ ipsi
illi facere teneremur, nisi esset ipse omnium
bonorum nostrorum origo. *P. Segneri.*

Proximo
ferre opem,
beneficia,
quæ
a Deo
recipiuntur.

Succurrere proximo vestro, illi videlicet, quem
amare debetis tamquam vosmetipsos fecerunt JESU
CHRISTI præceptum: *Diligite proximum tuum
sicut te ipsum.* Si nulla præter hæc ratio suppetere-
ret, ut Deum diligere deberetis, hæc una sufficeret.
Præceptum igitur Charitatis nos cogit, ut
proximi nostri malis æque afficiamur ac si nostra
essent; sed spiritualibus ejusdem malis acris affi-
cendi sumus. Hæc sunt maxima illius mala, quo-
niam infernus, ad quem adducunt, supra est
omnium calamitatum: sed hæc mala curare non
admodum laborat. Videbimus se ipsi proximi
nostri miseriam, quin nos miserescat? Sine nosse il-
lum in interitum ruere, quin omnem exercitum
constatum, ut illi subveniamus? *Æger, qui adhuc*

Subvenire
mus proximo
in spi-
ritualibus
beneficiis
debet.

Juan. 13.

BIBLIOTECA CENTRAL
U.A.N.L.

seipsum novit, fibimet auxilio esse potest petens auxilium; sed peccator nullam sibi fert opem. Plerumque animæ suæ mala non sentit: quomodo autem petat medicinam? Verum si tenemur ipsi corporalibus proximi nostri necessitatibus optulari, tunc etiam cum non omni caret spe, & ille sibi valet adhuc solatia comparare: quo potiori jure tenemur subvenire necessitatibus animæ ejusdem, quam supeditas sua digniorem efficit miseratione. Heu! Largire, Domine, ut proximo meo succurrere potissimum valeam in malis, quorum dolore minus afficitur, & quæ nihilominus gravissima sunt; ut liberem illum a servitute Dæmonis, ut eum tibi reddam, qui illum sanguine tuo redemisti; da mihi omnia adminicula, ut illum in salutis viam valeam revocare. P. Segneri in Meditationibus.

Christiane charitatis erga proximum officia.

Proximum diligere est illi animæ corporisque bona cupere, quemadmodum illa nobismetipsis desideramus: Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Ex hoc autem principio tria sequuntur; quæ ad observantiam præcepti Charitatis erga proximum pertinent. Non possumus propter amorem erga proximum indulgere eis, quæ iniuræ, & iniusta sunt; tunc enim hoc non esset amare, sed odisse; esset illi tantum malorum optare, quantum illi Dæmones cupiunt, infestissimi illius inimici, quoniam hoc esset animæ ejusdem interitum querere. Debemus proximo bona cupere illius quidem causa, non nostra. Cum igitur illum diligimus, vel propter voluptatem, quam ab illo percipimus in ejus consuetudine, vel propter utilitatem, qua fruimur in ejus commercio; si minus præceptum violamus, saltem non adimplemus. Tunc enim nostram voluptatem, nostramque utilitatem amamus; verbo, nosmetipsos diligimus, non illum, quem a Domino jubemur diligere: Diliges proximum tuum. Amare proximum hoc modo est, illum amare tamquam servum, quem non nisi propter nosmetipsos amamus. Dominus autem proximi vocabulo data opera utitur, ut intelligamus, sub hac qualitate, ac ratione nobis omnes homines esse diligendos, ideoque tamquam nobis æquales. Homo hic seu dives, seu pauper, seu iustus, seu peccator, seu civis, seu advena, seu amicus, seu inimicus, nihil interest, proximus nos est; quia eadem, ac nos obtinet jura ad æternam hæreditatem, & hanc æque ac nos assequi potest. Unus hic titulus cum nobis parem facit, eique honorem proximi nostri ad titulum usque concedit. P. Segneri.

Amorem proximi operibus debemus ostendere.

Proximum amare debemus, non autem voluntate languenti, infirma, inefficaci; non enim hoc esset illum amare tamquam nosmetipsos: tamquam te ipsum. Cum de te nostra agitur, satise nobis est, desiderium frigidum ac sterile? Quo ardore ad ea ferimur, quæ nobis utilia esse arbitramur? Ita etiam nobis agendum est cum proximo nostro. Frustra nobismet blandimur, quasi charitatis præceptum observaverimus; quia nos non male erga proximum nostrum affectos sentimus: ut re ipsa servemus illud, opus est, ut intentio nostra sese operibus prodant. Idem.

Panci Christiani hodie proximum amant, ut opus est.

Si de Fidelium factis juxta hos canones iudicium ferendum est, quotusquisque legem Charitatis erga proximum servat? Alii proximum inordinato amore diligunt, atque ita illum oderunt, cum illum sibi amare videntur. Alii proximum amore cupiditatis prosequuntur; ideoque non proximum, sed se ipsos diligunt. Plerique proximum complectuntur amore invalido, & inertis: nihil agunt, nulla in re sibi incommodare volunt, ne pedem quidem moverent, si hoc aliquo staret pretio, ut proximo gratificarentur. Igitur non diligunt illum tamquam se, videlicet ardent, & efficaciter; amant illum, tamquam ea, quæ in modico, vel etiam nullo habent in discrimine. Heu! ad quid hodie redigitur suavissima lex Charitatis erga proximum! paucissimi Christiani illum observant, ceteri eam traduntur. Attamen præceptum amoris proximi maximum est, ac præstantissimum omnium uno excepto amoris Dei, cuius est simile. P. Segneri in Meditationibus.

Si deest charitas erga proximum, virtutes aliarum Deo pro nihilo habentur.

Quot mortales, qui pii videbantur, post sexcentas pietatis exercitationes, post dies suos in solitudine traductos, post bona, vitamque in proximi gratiam consumpta, manus vacuas habebunt mortis tempore, eo quod neglexerint se ipsos in christiana charitate perficere? Quid illis proderit corpus suum præsentis trivisse, in semet tantum exquisitè crudelitatis, quantum Tyranni in Mar-

tyres exercuerunt; si nequeunt fratrum suorum perfectiones, & imperfectiones sustinere? Gesio omnes cruceas meas iniquitate fortitudine; nulla me deterret persecutio; lactor inter adversa, quæ accidunt mihi; sed quæ aliis accidunt prospera mihi dolorem cient, & aliena mihi negotium faciunt felicitas: Nihil sum. Tota asserta virtus mea pro nihilo computatur. Gaudeo, pauperibus optulari; me ipsum humilior, meque ipsum haud æque contento, sed summo afficior gaudio cum aliis video humiliari: Nihil mihi prodest. Fallax hæc est pietatis species, hypocritis est, nolite metiri pietatem vestram ex vestra charitate. Consilium hoc ipso temporis momento capite, ope divina gratia in christiana charitate excellendi; hoc est solum, vistandi, juvandi, in honore habendi pauperes tamquam fratres vestros, sed impotenter cum omnibus hominibus honeste, officio, leniterque versandi. Abjicite superbum hunc oris habitum, contumeliosa hæc verba, hunc vocis tonum iratum, hos mores duros; memento famulos, atque domesticos vestros esse fratres vestros; summa vobis cura sit res, atque existimatio aliorum. Proximum vestrum semper exultate, malis illius condolete, prosperitatibus ejusdem letamini; habetote erga omnes charitatem beneficam, constantem, universalem; proprius amor vester, ut ita dicam, sit regula vestræ charitatis. P. Croiset in Aspetibus exercitiis. Tomo 2.

In quovis peccato agitur contra charitatem, quia hæc Dei Præcepta, non machaberis, non occides, non furum facies, & reliqua compendiose in hoc uno verbo continentur; diliges proximum tuum sicut te ipsum; legis enim complementum amor est. Proximus non amatur, nisi amatur Deus. Si igitur, qui postquam legi universæ paruit, uno tantum in apice violat illam, reus quasi eandem in omnibus violasset: hoc accidit, quia unum dumtaxat Legis præceptum violando operatur contra charitatem, a qua tota lex pendet, & fit omnium reus, cum lædit illud quod complectitur omnia. Tourneux in anno Christiano. Tomo 10.

Sine Charitate nulla virtus, nullus licet Religionis actus meritorius est, ac Deo placet. Si habueris prophetiam, & noveris mysteria omnia, & omnem scientiam; & si habueris omnem fidem &c. & si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas; & si tradidero corpus meum ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Vili sunt Christiani Heroes palmis, & laureis onusti jamjam immolandi, & nihilominus a Deo reprobati eo quod cum fratribus suis in gratiam redire noluerunt. Nullum Deo acceptum est sacrificium, si charitas desit. Quid cogitandum est de assertis devotis illis, qui in corde servant pertinacem acrimoniam inter inanem operum bonorum fulgorem? Quid porro de Sacrorum Altarium ministris, qui Deo litare cum irato corde auderent? P. Croiset in Exercitiis pietatis, Tomo 5.

Charitas hodierna die non solum impetit; sed omnino fere extincta est. Raro in eis etiam invenitur, qui eandem familiam constituunt. Vifum ne utquam est plus negligentia, antipathia, minus charitatis? Si virtus hæc posita esset in verbis officiosis, in vanis observantiis oblationibus; non ita infrequens esset; nullum unquam sæculum officiosus fuit, elegantius, atque abundantius ostentationibus amicitia. Sed hodierna die, subdolis hic loquendi modis cognoscitur; commercium est simulationum, & mimicarum fictionum, & omnes ultra citroque eodem pignore certant. Sed revera hæc inanitas est dissimulatio, & hypocritis. Horreamus vitium hoc adeo commune, & spiritui Christianæ religionis oppositum. Curemus veram fervere erga fratres nostros charitatem, quocumque actu, vel dolo ipsi nobiscum urantur. Ne nimem excipiamus, atque omnibus in occasionibus id palam testemur. Vera Charitas semper veros fructus parit; in inanibus verbis tamen non est, ac sese per effecta prodit: Charitas servilis numquam vera Charitas fuit. P. Croiset, ibidem.

Charitas una generalis suggerit nobis rationes amandi omnes homines, ac nosmet ipsi subjicendi: Amor proprius efficit, ut eos tantum diligamus, qui nos amant, nobisque utiles sunt: nos illis tantum subjicimus, qui potentiores sunt nobis, & e contra suadet, ut quantum fieri possit, aliis dominemur: Sed Charitas amore, & submissione sua omnes complectitur. Omnes respicit tamquam ope-

Omnia legia præcepta sola Charitatis præcepto continentur.

Nulla opera bona sunt nisi Charitatis condita-

Amor Proprius non in verbis, sed in operibus consistit.

opera Dei, quem adorat, tamquam Salvatoris sui sanguine redemptos; tamquam vocatos ad Regnum ad quod contendi. Hæ qualitates faciunt, ut eos amet, immo ut illos tamquam Dominos a nobis haberi jubeat; quandoquidem ipsi nos nimis beatos existimare debemus, cum in minimis etiam rebus operam nostram impendimus membris JESU CHRISTI, & Electis Dei. Ipsa igitur possidet in se veros urbanitatis fontes, videlicet amorem, interiorumque erga alios submissionem, quos cum extrinsecus profert; hæc naturalis est effusio motuum, quos imprimi in corde. Specimina Ethicæ. Tomo 2.

Libentius illi opem ferimus, qui citra culpam calamitosis patiuntur. Tamea ex calamitosis magis plorandi sunt, qui suam amant calamitatem. Nos aliter judicamus, atque ob errorem hunc corri-

gendum Dei Filius ait: *Esote misericordes, sicut Cælestis Pater vester cælestis misericors est.* Ille eorum miseretur, qui soli sunt malorum suorum auctores; ut miseretur peccatorum, ac attentior est necessitatibus eorum, quam illis hominum aliorum. Æque igitur misereamur malorum & amicorum, & inimicorum nostrorum, ac parati sumus ad opem utriusque ferendam, ut imitemur misericordiam Patris nostri, qui in Cælis est qui pluit super iustos, & peccatores. Misericordia, o Salvator! quam a nobis requiris non est proflus humana, & naturalis; sed divina, & supernaturalis, quæ oritur ex Charitate, & ab eadem animata est; denique misericordia quæ pro exemplari habeat Patris cælestis misericordiam. P. Segneri in Meditationibus.

Cælestis misericors est, ut esse debet, & sine exceptione. Luc. 6. Ibidem.

AMOR SUI.

Inordinatus amor sui ipsius, utilitatis suæ cura, Præceptum quo nosmet odisse jubemur, &c.

MONITUM.

QUANTUMVIS vestrum, atque indeterminatum primo aspectu hoc videtur argumentum, peccati tamen concionis fieri materia potest, ubi Amor Proprius in scriptis consideretur, quin latus evagetur in effectus illius, qui plurimi profecto sunt, & quorum non pauci variarum concionum esse possunt argumentum. Notandum itaque

Primo, Amorem Proprium nomine tenus, vel ad summum ex varia contra divinam Legem agendi ratione a Conspicienda distingui. Conspicienda enim, quæ peccati Originalis effectus est, ea est propositio, ac naturale studium, quo ad sensibilia rapimur bona, ibi nonnem referamus, & nosmet in rebus omnibus, quæ se nobis obiciunt, persequi amur.

Secundo, Amorem Proprium, de quo hic sermo, non esse omnino idem ac Amorem sui; prior enim in sequentem partem accipitur, nec unquam culpa vacat, semper enim inordinatus est amor sui; alter vero virtus est, ubi rite instituitur; quandoquidem in ordine Charitatis nos post Deum obtineat apud nosmet ipsos locum debemus.

Tertio, Quamvis aditui ut Amor proprius radicatus convellatur, atque everlatur, idem sit ac mortificationem exercere, affectus subigere, seipsum vincere, seipsum vincere, ac corruptæ naturæ studiis adversari; hoc tamen Proprii Amoris nomen, quod magis est generale, locum præbet, ut magis directe vitia omnia, tamquam in unum redacta simul in aguntur, & latis amplam ad dicendum suppeditat copiam, quin evagetur verba faciens de sensuum mortificatione, effectibus, propria voluntate ceterisque rebus, quæ aliquam cum hoc argumento similitudinis rationem habere possent.

PARAGRAPHUS PRIMUS.

Varia Concionum in hoc argumento Structure.

Robari potest Amorem Proprium infestissimum esse animæ nostræ inimicum, quoniam maximum statuit obicem. 1. Salutis nostræ. 2. Perfectionis Christianæ, idque præsertim in statu Religioso; unde inferendum, nobis toto vitæ nostræ tempore adlaborandum, quantum in nobis est, ut illum eradiceamus, eique irreconciliabile bellum inferamus.

Pars Prior. Fidelis, ut salutem suam operetur in id generatim debet incumbere, ut a malo divertat, & bonum faciat. Inordinatus autem Amor sui (qui proprie loquendo non aliud est, quam concupiscentia illa, & naturale studium erga sensibilia bona, quod nobis ingenitum est, & nobiscum semper perseverat, tunc etiam cum originali peccatum per sacram Baptismatis undam ablutum est) Amor, inquam, inordinatus sui, quem Amorem Proprium dicimus, nos ad malum rapit, ideoque nobis est gravissimus, atque perniciosissimus hostis; primo, quia ipse principium est malorum omnium, hoc est omnium peccatorum, ac vitiorum, quæ maximum, & unicum sunt nominis salutis obiculus. Ipse igitur est primus inimicus nostrum omnium, & qui ceteros deinceps in prælium accersit. 2. Domesticus est inimicus, qui in nobis castra sua possit, quem nobiscum quocumque gerimus, qui nostræ infestus est naturæ, & ideo qui non nisi cum nobis extinguitur. 3. Inimicus est callidissimus, & ad fallendum aptissimus, atque ac pertinacissimus. 4. Inimicus non nisi ma-

xima cum difficultate superandus, qui infirmari, & subigi quidem potest, omnino deleri non potest. Hinc arguendum est, hunc majorem salutis nostræ obicem esse, quam institutionem, quam pravum ingenium, quam pravum exemplum; hæc enim omnia vim non habent, ut nos in interitum tradant, nisi quatenus amorem proprium foveant, alunt, & nutriunt.

Alterum, quod est omnino ad salutem necessarium est facere bonum: Declina a malo, & fac bonum. Psal. 3. Nemo Fidelis de hoc potest ambigere; licet in praxi plurimi a se præclare gestum putent, nisi ea patnaverint scelera, ac nefaria peccata, quæ & superi, & Mortales odere; alteram vero officii partem negligant, quæ est bona opera exercere, ad quæ adulti non minori necessitate tenentur; unde communis & vulgata illa exitit diviso præceptorum in negativa, quæ obligant semper, & ad semper, & in positiva, quæ quibusdam tantummodo in occasionibus, & circumstantiis obligant. Hoc positum quinam ambigere, quo minus amor proprius maximum sit obiculus christianarum virtutum exercitationi? 1. Nos inde avertit difficultatibus, vel scilicet, vel scilicet, quæ vel occurrunt, vel metuntur, eadem enim animi propositio, quæ efficit, ut nostra inquiramus commoda, efficit quoque ut labore, ac difficultatem effugiamus. 2. Omnia corruptum bona opera, quæ necessario operari debemus, ibi propriam gloriam, hominum approbationem, illis pla-

BIBLIOTECA CENTRAL I.A.N.L.